



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 36. Ejusdem Regis Epistola ad Cardinalem Lotharingium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

„nodo recedatis: quantum vero Fran-  
„ciæ Prælatos, qui Tridenti agunt, con-  
„cernit, mea mens est, prout jam  
„in mea epistola significavi, ut sua  
„prudencia, & zelo ibidem persistentes  
„Synodum adjuvent, atque amplectan-  
„tur id omne, quod ad Christianæ Rei-  
„publicæ incrementum fore proficuum  
„censuerint, ea tamen lege, ut statim,  
„quamprimum quicquam Franciæ juri-  
„bus, ac Regiæ auctoritati contrarium  
„a Synodo decidi viderint, ve-  
„strum exemplum sequantur, & æque,  
„ac vos, ante rei decisionem secedant,  
„nec hac de re nova mea jussa præ-  
„stolentur.

§. XXXVI.

*Ejusdem Regis Epistola ad Cardina-  
lem Lotharingium.*

Mittebatur insuper epistola ad Car-  
dinalem Lotharingium, ad quem  
Rex his verbis perscripsit: „notum mi-  
„hi est sincerum studium tuum erga  
„Concilium, quantoque zelo in eodem  
„hucusque egeris: nec etiam te la-  
„tet necessitas, ob quas Regnum meum  
„remediis, quæ a Concilio præstolor,  
„summopere indiget: unde merito spe-  
„rare valeo, quod nil eorum præter-  
„mittere velis, quæ juxta piam volun-  
„tatem tuam efficere poteris, ut fru-  
„ctum,



Sæcul. XVI. A.C. 1563. „ctum, qui exinde pullulare debet, pro-  
 „moveas: rogo itaque, ut præclara,  
 „quæ Religio a te exspectat, obsequia  
 „præstare pergas, quatenus Synodi suc-  
 „cessus meis desideriis respondeat: si  
 „vero Patres voluerint etiam Regum  
 „vitia corrigere, eorumque jura, & pri-  
 „vilegia labefactare, spero, quod hanc  
 „agendi rationem tua præsentia ap-  
 „probare, aut ejusmodi ausui omnibus  
 „Regibus, & Principibus Christianis no-  
 „xio, ac tantopere præcavendo occa-  
 „sionem suppeditare nolis: quin potius  
 „a te exspecto, ut inde recedas, prout  
 „etiam, ut id facias, rogo.

## §. XXXVII.

*Lotharingii Cardinalis responsum ad  
 has Regis literas.*

Pallav. c. I. n. 2. Mem. p. 501. Lett. 17. Sept. Hæ literæ tradebantur Lotharingio,  
 cum jamjam itineri Romam ver-  
 sus accinctus esset, quapropter pridie  
 ante discessum suum Regi hunc in mo-  
 dum respondit: „Non sine animi volu-  
 „ptate, per literas die vigesima octava  
 „Augusti datas percepi, quod Regia  
 „sua Majestas, postquam de Anglis glo-  
 „riosam reportavit victoriam, urbem-  
 „que, quæ Portus Gratiaë dicitur, in  
 „suam potestatem redegit, omnes suos  
 „subditos fausto nuntio recreare, ac se  
 „ex Tutorum potestate excessisse, de-  
 „nun-